

803
6
EROTEMATA MISCELLANEA

*ex vitro*q* iure deponpta.*

Cirillus

Quæ,

Schafft

DEO OPT. MAX. AVSPICE,
AMPLISSIMO IVRISCON-
SULTORVM COLLEGIO
approbante,

Sub Præsidio,


NOBILIS CLA-
RISSIMI QVE VIRI, DOMI-
NI FRIDERICI MARTINI, IVRIS
VTRIVSQVE DOCTORIS, SACRI CÆ-
farei palati⁹ comitis: Nec non Cæsareæ Maiestas-
tis & reliquorum Serenissimorum Austriæ Archi-
ducum Consiliarij, & Iuris Pontificij in Ar-
chiducali Academia Friburgensi Ante-
cessoris celeberrimi.

*Publici exercitij gratia disputanda proponit, ad diem
26. Septemb. loco horisq; consuetis.*

JOANNES CASPARVS DORNSPER-
GER CONSTANTIENSIS ACRONIANVS.

F R I B U R G I B R I S G O I A.
Excudebat MARTINVS BÖCKLERVS.

Anno M. DC. VIII.



ADMODVM RE-
VERENDO NOBILI ET CLA-
RISSIMO VIRO DOMINO ANDREÆ
WENDELSTEIN V. I. D. CATHEDRALIS ECCL-
SÆ Constantiensis Canonico, & Cantori dignif-
simo &c. Domino Auunculo suo.
colendissimo.



VM due conditiones, Admo-
dum Reuerende Nobilis & Cla-
risime Vir, Domine Auuncule
perpetuo obseruāde, in omni mu-
nere largiendo sunt considerande, ut cui plu-
rimam gratiam debemus, quiq; eo quam dig-
nissimus est, munus offeratur. Eadem menunc
impellunt, ut cū de hoc qualicunq; ingenij mei
partu dicando (ut mōest) cogitarem, te om-
nium primum elegerim, ut qui mei in iure pro-
fectus primitias quasituo iure vēdicare posses.
Tantus enim est tuorum in me meosq; benefi-
ciorum collatorum numerus, ut ijs vel mini-
ma ex parte respondere spes omnīs nobis adi-

EPISTOLA

matur. Nec video qua ratione illude uitare possumus, per quod quasi in seruitutem (qua in non condignare retributione consistit) quis inducitur. Sic enim Philosophorum princeps Aristotleles. s. Ethicor. inquit, seruitus esse videntur non contra facere. Et recte quidem; Nam quanto maiora sunt beneficia, tanto arctiora sunt vincula. Itaque ne et viuendum et moriendum mihi meisq; sit ingratissimum, et aliud non suppetat, quo grati animi significationem erga R. D. T. patefacere possumus, illud mihi faciendum intelligo, quod discipulus ille quondam Socratis qui cum beneficiis ab eo tanquam a realieno obstrictus unde satisfaceret non haberet, obtulisse ipsum. Quod ego nunc meorumq; nomine ita facio, ut quiquid in nobis vel studijs, vel obseruantia, vel officijs est, id omne tibi qua pars est reverentia et obsequio deferamus atque dicemus: submissè et obnoxè rogantes, ut R. D. T. nos ea qua hactenus humanitate et benevolentia complectatur; Nos interim dabimus operam, ac pro virili enitemur, ut quoniam munificentia meritisq; in R. D. T. conferendis quantum deceret, et nos ipsi

DEDICATORIA

ipsi cuperemus praestare non possumus, cultu certè et obsequio, quantum licet animo semper quam promptissimo demonstremus. Interim hoc leuidense munuscum quod grati animi mei quasi homagium offero, benigno ut suscipiat vultu, illudq; magis ex offerentis animo et desiderio, quam rei ipsius pondere metiatur rogo. Valeat, R. D. T. Et me meosq; uti hactenus, paterno amore complecti pergit. Friburgi Brisgoia. 26. Septemb. Anno suprascularem decimum sextum octauo.


R. D. T.

Obseruantissimus
Cognatus.

Ioan: Casparus Dornspēr
ger LL. Stud.

A;

MIS.



MISCELLANEO- RVM IVRIS VTRIVSQUE

THESES I.

AD matrimonia filiorum parentum consensum amplius non requiri ex Concil. Trid. (A) & alijs iuris Canonici textibus (B) extra omnem nunc est contouersiam: quamuis ipsi parentes reclament. (C)

(A) *Sess. 24. cap. 1. in princ. de reform. matrim.*

(B) *c. cum apud 23. Extra. de spon. ibi, et sufficiat ad matrimonium contrahendum solus consensus illorum, de quorum quarumque coniunctionibus agitur. Idem habet cap. Sufficiat. 27. q. 2. cap. cum virum 12. de regular. Ratio est, quia omnino libera esse debent matrimonia cap. cum locum. 14. cap. gemma. 29. Extra de sponsal. et matrim. cap. Super eo, q. de condit. appos.*

(C) *gloss. in cap. hoc sanctum 32. q. 2. ubi dicit gloss. ver. parentum, quod licet quandoque inueniamus mulieres contra sua comoda propria laborare. L. Si pater. 4. Cod. de Sponsal. hoc tamen ad honestatem referendum sit. cap. cum causam. 6. Extra de raptor.*

II.

Eosque qui temerè & malitiösè nuptias à filijs fam. inscijs & inuitis parentibus contractas irritas esse vel irritari posse clamitant, anathematis fulmine percutit idem. Con. Trid. hic dicit. loc. Sess. 24. de reform. matrim.

III.

Huic quoque consentit laudabilis illa & præclara Constitutio Ca-

THESES IVRIDICÆ.

tutio Carolina in Comitijs Augustanis Anno 1548. promulgata, dum grauissimè & prudentissimè in sequentia rescribit verba:

Darumb die weil der Väterlich Gewalt dieser verehrung des Ehestandts von rechtes wegen weichen muß / soll man die nicht hören / die zu unsern Zeiten wollen / das die Ehe oder versprochene Heirat widerumb zerrennt werden / vnd nicht gelten sollen / wo der Elteren bewilligung nicht darben gewesen. Titul. Von dem Sacrament der Ehe. §. Darumb die weil.

Et gloss. in cap. de raptorib. 36. q. 1. verb. excusata. gloss. etiam in Authen sed si post. Cod. de inoffic. testam. Constitutionis huius subiungitur hæc causa; quia, inquit, matrimonij contractus coniungit homines vinculo indissolubili. Et propter hoc homo deseret patrem & matrem.

IV.

Licet autem parentum consensus in matrimonio per filium filiamque contracto, inspecto iure Canonico (A) necessario non requiratur, de honestate tamen is exigitur. (B)

(A) *per text. in cap. penult. Extra de raptor. cap. per tuas. 6. Extra de condit. appos. in de spons. cap. veniens. 13. Extra. de spons. et matrim.*

(B) *Laudabilius igitur est in matrimonio semper patris assensum requirere. Quod idem pulchrè & expreßè declarat Imper. Carol. in allegata Const. hic d. tit. Von dem Sacramente der Ehe §. Hic mit wollen wir. Contra de matrim. 2. q. cap. 3. §. 8. num. 2.*

X.

Illud nonnihil contouertitur, An filius, vel filia ob hanc inobedientiam exhæredari à parente possint? Quod negamus. (A) Nam si ea de causa hæreditate paterna priarentur, vix alicui, cui vellent pro suo libero arbitrio nubere auferent, quod in matrimonio contrahendo, parum videtur esse

THESES IURIDICAE.

esse consonum: (B) Nisi cum admodum indigno, turpi, & humili contrahant. (C)

- (A) per text. cap. sufficiat, & cap. fin. de iudic. in 6. Quia quos Deus coniunxit homo non separet. Couar. lib. 4. Decretal. de sponsal. 2. p. cap. 3. §. 8. num. 5. Fach. controu. iur. lib. 3. cap. 44.
- (B) Felinus in cap. Ecclesia, Sancta Maria. num. 59. de constit.
- (C) Gail. lib. 2. obseru. 95. num. 7. & probatur idem, authoritate Caroli V. in constitutione Imperij cuius supra thesi 3. meminimus. Probatur quoq; authoritate gloss. in cap. de raptoribus. 36. quest. I.

V I.

At non minoris est controversiae an pater filiam sive ipsa dotem se se marito daturam, sive non promiserit, dotare compellatur? Cuius questionis aientem tuebimur partem; & hoc casu ut eam dotet, iudicis officium implorari potest. (A)

- (A) Text. in l. qui liberos. 19. (al. l. capite trigesimo quinto) ff. de rit. nupt. l. fin. §. utramq. Cod. de dot. promiss. gloss. in ver. excusata in cap. de raptoribus. 36. q. 2. Couar. de matrim. p. 2. cap. 3. §. 8. num. 8. Fachineus controuers. iur. lib. 3. cap. 45. Gail. lib. 2. obseru. 95. in princ.

V II.

Statutum disponens circa vinculum matrimonij, vel circa aliquam eius solennitatem, indicendo p̄nam, non valet. (A)

- (A) Ita disputando concludit. Ioan. Andr. in cap. statutum de heredibus in 6 quamvis referat contrarium obtentum sive in publica disputatione Bononiae. Card. in cap. gemma. de Spons. & matr. Felinus in cap. de Francia. eod. tit. num. 13. & in cap. Ecclesia S. Mariae. de constit. Docte Nobilis clarissimus consultus, simusq; vir, Fridericus Martini preceptor meus colendissimus, in repetit. c. de Francia. primi. Extr. de Spons. & matrim. Gail. lib. 2. obs. 93. num. 2. Cum principes laici nihil possint statuere quod liberum matrimonij consensum impedit. Couar. de Spons. & matrim. 2. p. cap. 3. §. 8. num. 7.

Hic

THESES IURIDICAE.

V III.

His ob grauissimorum authorum dissensionem magnopere celebrata succedit quæstio: An dos filia in matrimonio defuncta, superstitibus liberis ad patrem, vnde profecta reuertatur, si nulla eo nomine pactio vel stipulatio interposita sit? Sententa eorum qui affirmant, si vxor non erat emancipata, quod dos ad parentem qui eam dederat, & non ad vxorem reuertatur, iuri nostro magis consentanea videtur. (A)

- (A) per tex. in l. dos à patre. 4. & ibi gloss. Cod. solut. matrim. l. pater filia 71. ff. de euiction. l. filius fam. 17. ff. ad S. C. Maccdon. l. post dotem. 40. Cod. solut. matrim. l. vniuersitatis. §. accedit. 13. Cod. de rei vxor. act. Etratio est, quia in bonis profectitijs, sicut est dos à patre profecta, filius in potestate existens; non habet hæredem, nec quidem filium; quoniam illa patri pleno iure acquiruntur, cum nihil sit immutatum à Justiniano in profectitijs, text. in §. 1. in authen. de hæred. ab intestat. ibi, licet enim. Fach. controu. iur. lib. 3. cap. 71.

I X.

Num vxor propter adulterium commissum (A) auctiā propter oscula, quatenus sunt arguimenta adulterij, dotem amittat, priueturq; consortio coniugali, Questionis est? Nobis ariens arridet opinio. (B)

- (B) Tex. in cap. plerumq; de donat. int. virum & vxor. l. consensu. §. si vero. C. de repud. Auth. vt liceat matri vel auia. §. si de adulterio. cap. I. vt lit. non contest. gloss. cum text. in cap. cum Christiana religio. 32. q. 5.
- (B) Couar. lib. 4. Decretal. de sponsal. 2. p. cap. 7. §. 6. num. 3. ubi pulchra redditur ratio. gloss. in l. 1. ff. de var. & extraord. crim. & in cap. non oportet. 81. dist. & in cap. nec aliqua 27. q. 1. text. elegans & singularis in cap. I. §. 1. quib. mod. feud. amitt. Iul. Clarius. §. adulterium: num. 12. pulcré Myns. Respons. iur. decad. 1. respon. 1. num. 18. & seqq.

B

X. Cæterum

THESES IVRIDICÆ.

X.

Cæterum yxor adultera arrhas atque paraphernalia cætera non amittit. (A)

- (A) gloss. in cap. plerumq; 4. vers. dotalitium. extra. de donat. int. vir. & vxor. l. hac lege. 8. & l. vlt. Cod. de pact. conuent. tam sup. dot. l. de his. 17. Cod. de donat. inter. vir. & vxor. Appellatione enim dotis vel dotalitij ex propria significatione non veniunt bona panapherna: ideoq; cum simus in materia penal, verbanō debent extendi, sed potius restringi. cap. statutum. de Eleff. in 6. Myns. respons. iur. decad. 1. respons. I. num. 42. & seqq.

XI.

Vendor emptori prædiū quod vendidit, precio nondū soluto, ob controuersiam emptori de prædio empto motam, tradidit, an de ysuris medij temporis teneatur emptor dubitari solet? Nos eam ysurarum exactionem, etiam de iure Canonicō, (A) summam æquitatem continere, (B) neque sententiæ huic nostræ cap. nauiganti vlt. Extr. de ysuris. repugnare (C) intrepide afferimus.

- (A) gloss. in cap. conquestus. 8. ver. de fendo. Ext. de ysuris. & gl. in l. ysuras. 2. verb. tradita est, infine. Cod. eod. tit. Ratio est, quia huiusmodi ysura, quas vendor hoc casu percipit, ysura non sunt, sed rei propriæ persecutio, & quasi interessè petuntur. (B) l. curabit. 5. Cod. de aet. empti. l. Julianus. 13. §. ex vendito. ibi, item ysura. ff. eod. l. ysuras. 2. Cod. de ysuris. Dummodo ysura non excedant fructuum rei venditæ quantitatem. Fusè & pulchre Couar. var. resol. lib. 3. cap. 4. per totum. Caspar. Rodericus de annuis & mensis. redit. lib. 3. q. 7. nu. 98. Fachin. contr. iur. lib. 2. cap. 32. (C) Couar. var. resol. lib. 3. cap. 2. nu. 2. Pet. Binsfeld. ad idem cap. nauiganti. in suo commentario de ysuris. circa fin.

XII.

Imperij Constitutiones quæ pactum quo annum redditum empturus pacificetur, vt vendor pro emptione anni redditus

THESES IVRIDICÆ.

ditus accipiat partem in pecunia & partem in mercibus, in foro exteriori non conscientiæ, ysurarium & illegitimum decernunt, (A) locum non habere, si merces illæ, aut reliqua id genus certa pecunia æstimata, quæ pro redditu loco precij dantur, plus iusto æstimata non fuerint, defendemus. (B)

- (A) Augusta Anno 1530. latæ tit. von Bucherlichen Contraten. §. Item das erlich Gerraldt Pferdt/c.

- (B) Arg. tex. in l. si pro mutua. Cod. Si cert. pet. l. pro auro, iunct. gloss. Cod. de ysuris. Huc accedit, quod omnia emptionis substantia, consensus scilicet, precium & merx id est redditus interue- niant. Et in dubio æstimatio facit venditionem. text. cele- bris & elegans in l. quoties. Cod. de Iure dot. Conar. pract. quæst. cap. 28.

XIII.

Si creditor per internuncium debitorem suum moneat, vt ad semittat debitum, non tamen significet vt per eum nun- ciuna mittat, debitori debitum illud perire verius est. (A)

- (A) l. eum qui. II. §. vlt. ff. commoda. vel contr. l. si mei. 12. ff. eod. Ratio est, quia nuncius ille solum fuit destinatus vt debito- rem de solutione admonereret, non vero vt ei solutio traderetur. Lud. Molin. de iust. & iure. disp. 296. vers. obserua tamen.

XIV.

Iuramentum contractui appositum, beneficium. L. 2. Cod. de rescind. vend. cessare facit. (A) Absolutionem tamen à iuramento petere potest, eaque obtenta agere ad rescissio- nem contractus. (B)

- (A) gloss. in dict. l. 2. Cod. de rescind. vend. quam ibi communi- ter. Dd. sequuntur. Fachin. contr. iu. lib. 2. cap. 71.

- (B) Cum absolutio tollat vinculum iuramenti, & idem sit, a se iuramentum præstitum non fuisset.

XV.

Sic minor contra contractum iuratum, restitutio- nem in integrum, non obtenta prius absolutione à iuramento, petere non potest. (A)

THESES IURIDICÆ.

(A) Text. est notabilis in l. si minor. i. Cod. si aduers. vend. Ratio est quia iuramentum minorem presumit esse maiorem, Auth. Sacra menta puberum. Cod. diet. tit. Si aduers. vend. quemadmodum ergo maior ex tali renunciatione iurata tenetur, ita & minor tenetur. Matth. VVesib. consil. 23. num. 2. Estq. communis Anton. Gabriel. lib. 2. de minorib. concl. 5. per. tot. And. Gail. pract. obs. lib. 2. obs. 41. Nicol. Euerhar. in locis legal. loc. a iuramenti vi energ. & efficacia. num. 2. et seq.

X VI.

Vtrum extremo & misero beneficio cessionis bonorum, pacto vel statuto validè renunciari queat; Non vna est Dd. opinio. Nos negantium sententiae subscribimus. (A) Et renunciationem hanc vsque adeo inualidam esse existimamus, vt ea non obstante debitor captus à carceribus liberetur, si bonis cedere voluerit. (B)

(A) Per l. in fundo. 38. ff. de rei. vendic. l. alia. 14. §. eleganter. ff. solut. matrim. Vbi conuentio contra bonos mores rata non est. l. is qui haeres. 13. ff. de acquir. vel amitt. haered. Vbi iuri futuro nemo renunciare potest: l. liber homo. 13. ff. ad L. Aquil. Couart. var. resolut. lib. 2. cap. I. num. 7. ver. queritur deinde. Matth. Colerus de proceß. exsecut. part. I. c. 6. nu. 86. Et d. Dn. Frid. Martini, Praeceptor meus perpetuo honorandus, in tract. suo de censibus. cap. 6. concl. 15. num. 363.

(B) Couart. d. cap. I. num. 7. vers. Tertio animaduertendum. Et ratio est, quoniam renunciatio ista debitoris non impedit vim ac dispositionem illius legis, quæ ortum non habet ex voluntate debitoris, sed principis qui id statuit in commune bonum, etiam iniusto & reluctante debitore. Molin. de iust. & iur. disp. 572. circa finem.

X VII.

An defuncti debitoris corpus pro debito à creditoribus sequestari possit, & insepultum detineri, vt pignus quoddam, donec as alienum integrè soluatuplè, & religiosè disputatur. Quod negamus. (A)

(A) Pulcher

THESES IURIDICÆ.

(A) Pulcher text. in l. cum sit iniustum. 6. Cod. de sepulch. viol. & ibi Dd. communiter. Nouell. vt defuncti. 60. Nouella, Vt cu m de appellat. cog. §, memoria insuper. Constit. 115. Ratio namq. naturalis, diuina & humana iura nequaquam patiuntur, defunctorum cadaveribus sepulturam negari. Et reipubl. interest. defunctorum corpora non manere insepulta, pro conservanda ciuitate & pestilentia. Couar. lib. 2. v ariar. resol. cap. 2. num. 10.

X VIII.

Celebris est questio, si res emphiteutica sit ab hostibus occupata, vtrum remittenda si Emphyteutæ pensio? Inter varias ac diueras Dd. sententias eorum magis placet opinio, quæ Emphyteutam qui ob bellicos tumultus & calamitates fundum ingredi vel possidere prohibetur, à pensione soluenda releuat. (A)

(A) Non enim potest dici possedisse. l. si id. 25. §. fin. l. interdum. 21. §. 1. ff. de acquir. posses. l. cum unus. 12. §. vlt. ff. de rebus autho. iud. possid. Et perinde est ac si tota res emphiteutica periisset. l. is qui rem. 66. §. cum qui ff. de furt. Abbas in capitulo potuit. de locat. Iafon. in l. ius Emphyteuticum. num. 91. Cod. de iure Emphyt. Iul. Clarus lib. 4. sent. §. Emphyteusis. quest. 8. vers. sed quid si Emphyteuta. Fachin. contr. iu. lib. 1. cap. 90. Lud. Molin. de iust. et iu. disp. 454. §. Dubitant doctores. Gail. lib. 2. obs. 23. num. 23. et seq. Et per ea qua tradit. Nobil. Clariss. Consultissimusq. vir Dn. Thomas Metzgerus Praeceptor meus debita obseruantia colendus, in explicat. l. I. Tituli. Cod. de iure Emphyteut.

X IX.

Tenetur tamen Emphyteuta, ex communi DD. sententia, non obstante sterilitate viuis duoruim vel trium annorum annuam pensionem praestare. (A) licet pensio magna & fructibus quasi correspondens soluatur. (B)

(A) Per l. ius Emphyteuticum. Cod. de iure Emphyteut. in §. adeo autem in fin. Institut. de location. et conduct. gloss. in cap.

THESES IURIDICAE.

potuit de locatio. & cum ea Panorm. ibi. num. i. Dominus Praeceptor meus Fridericus Martini. in tractat. suo de Censib. citat. cap. 6. concl. II.

(B) Cum accidens sit, sive magna, sive parva solvatur pensio. per d. l. i. Cod. hoc tit. Ludou. Molin. dict. disput. 454. Vers. Iulius Clarus. Fachin. controvers. Iuris. lib. i. cap. 89. sapient. Dn. Frider. Martini in Explicat. cap. propter sterilitatem. Extra de locat. & conduct. vers. verum dubium est.


X X.

De minore curatorem habente, an ex contractu sine curatoris consensu inito obligetur, non tantum veteres, sed recentiores etiam iuris nostri interpretes maximopere controuerunt. Nos opinionem affirmantem propugnabimus.

(A) Per l. Puberes. 101. ff. de V. O. Deinde omnes contrahere possunt, qui nec natura, nec lege prohibentur; at minor curatorem habens, nec natura, cum consensum habeat, nec lege, sum nulla adferri queat, quae id evincat. Non L. si curatorem. 3. Cod. de im. integ. restit. cum ea lex varie interpretari valeat. Fachin. controvers. Iur. lib. 3. cap. 9.



DOCTIS.



DOCTISSIMO OR-
NATISSIMOQVE D. IOANNI CA-
SPARO DORNSPERGER DISERTISSIMAS
EX VTORQVE IVRE ASSERTIONES
defensuro,

Scribebat
AMICÆ RECORDATIONIS ERGO
FRANC. BORNEMIZZA Transyl. Vngar. I. V. St.

T Vne etiam solidostudij feruoremoraris
Ardua virtutis? que colit ipsa Themis,
At quod per Astræ spaciofa volumina, tandem
Clasica sub magno Præside doctacanis?
Da CASPARE fidem, vario certamine, que
nunc

GLORIA Radices fertque iacitque suas:
Confectis stadiis, fructus ubi gignet honoris,
GLORIA cum FRVCTV, TOTA
FVTURA TVA est.

Laus Deo Virginique glorio-
sissima, & omnibus
sanctis.